



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Controversiarvm Omnivm Hviſs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

Nota.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

fimi autem hostes nostri, Satan<sup>b</sup>, mundus<sup>c</sup>; ac nostra ipsorum caro<sup>d</sup>, nos continenter oppugnant: tu nos sustentens<sup>e</sup>, & spiritus tui robore firmes, f ne in hoc spirituali certamine succubamus<sup>g</sup>, sed tantisper illis fortiter resistamus, donec integram tandem victoriam obtineamus<sup>h</sup>.

<sup>a</sup> Mat. 26. 41. <sup>b</sup> 1. Petr. 5. 8. Luc. 12. 31. 32. Ephel. 6. 12. <sup>c</sup> Prou. 1. 10. Ioh. 15. 19. 1. Ioh. 2. 15. 16. <sup>d</sup> Gal. 5. 17. Iacob. 1. 14. 12. Cor. 12. 7. 8. <sup>e</sup> Eph. 3. 14. 16. <sup>g</sup> Eph. 6. 10. 11. 13. <sup>h</sup> Rom. 16. 20. 1. Thess. 3. 13. 1. Thess. 5. 23.

## QVÆSTIO CXXVIII.

*Quomodo concludis precationem tuam?*

RESP. Non necessario quidem *vi Verbi Dei, nec male, ita: Quia tuum est regnū, & potentia, & gloria in secula.* hoc est: Omnia hæc à te petimus; quia, cum & rex noster, & omnipotēs sis, omnia nobis & vis<sup>a</sup> & potes<sup>b</sup> largiri: atque hæc quidem ideo petimus, vt ex iis non ad nos, sed ad sanctum nomen tuū, omnis gloria redeat<sup>c</sup>.

<sup>a</sup> Psal. 5. 3. <sup>b</sup> 2. Chron. 20. 6. 1. Chron. 29. 11. 12. <sup>c</sup> Psal. 115. 1. Esa. 37. 20. Dan. 9. 19.

## QVÆSTIO CXXIX.

*Quid sibi vult particula Amen?*

RESP. Rem certam ac ratā esse<sup>a</sup>.

*Gloria sit Patri, Gnato, cum Pneumate Sancto;*

*Gloria sit MARIAE, Diuis: Sit Gratia  
Vivis.*

F I N I S.

*posse.* Nam præcatio mea multo (*esse potest*) certi à Deo est exaudita, quā ego in corde meo sentio, me illud ex animo eupere<sup>b</sup>.

<sup>a</sup> Ierem. 28. 5. 6. 2. Cor. 1. 20. <sup>b</sup> Esa. 65. 24. Eph. 3. 20.

## N O T A.

I. Autoritates vtrinque Certas reddere omisi: Controuersas reddidi aliquas; Vt absonam Consequentiarum inconuenientiam cernas. Cernes autem, si ex singulis Autoritatibus suum cuiusque textum inferas, cui docendo citantur. Et vero simul cernes. 1. Nubem S. Autoritatum ferre Noctem Falstatum. 2. Et ostendabundam Scripturarum Citationem, meram esse hæreticam Illusionem.

II. Quæ hîc controuersa indicantur verbo; in meis Luthero-caluinisticis pertractantur ex confesso. Nec Firmamenti, Lucisue parum afferet istis, (quam eodem fine conscripsi;) Historica Demonstratio Continuata Fidei Romano-Catholicæ.

\* \* \*

